BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 379v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Si unus et stulti et omnius occa
sus erit quid mihi prodest quod
maiorem sapiencie dedi operam
locutusque cum mente mea animad
uerti quod hoc quoque esset uani
tas. Non enim erit memoria sa
pientis similiter ut stulti inperpe
tuum et futura tempora obliuione
cuncta pariter operient. Moritur
doctus similiter et indoctus. Idcir
co tedet me uite mee uidentem
mala esse uniuersa sub sole et
cuncta uanitatem atque afflictio
nem spiritus. Rursus detesta
tus sum omnem industriam
meam et que sub sole studiosissi
me laboraui. habiturus heredem
post me quem ignoro utrum
sapiens an stultus futurus
sit. Et dominabitur ea am
laboribus meis quibus desu
daui et sollicitus fui. et est quicquam
tam uanum. Unde cessaui. renunci
auitque cor meum ultra laborare
sub sole. Nam cum alius laboret
in sapientia et doctrina et sollicitu
dine et homini ocioso quesita di
mittet. Et hoc ergo uanitas et
magnum malum. Quid enim pro
derit homini de uniuerso labore suo
et afflictione spiritus qua sub so
le cruciatus est. cuncti dies eius
doloribus et erumpnis pleni sunt
nec per noctem mente requiescit
Et hoc nonne uanitas est. Nonne
melius est comedere et bibere et
ostendere anime sue bona de labo
ribus suis. et hoc de manu dei est.

Quis ita deuorabit et deliciis af
fluet ut ego. Homini bono in con
spectu suo dedit deus sapientiam
et scienciam et leticiam. peccatori autem
dedit afflictionem et curam superfluam
ut addat et congreget et tradat ei
qui placet deo. sed et hoc uanitas
et cassa sollicitudo mentis. III
Omnia tempora tempus habent
et suis spaciis transeunt
uniuersa sub sole. Tempus
nascendi. tempus moriendi. tempus
plantandi. et tempus euellendi quod
plantatum est. Tempus occiden
di et tempus sanandi. tempus he
dificandi et tempus destruendi.
Tempus flendi. tempus ridendi
tempus plangendi et tempus sal
tandi. Tempus spargendi lapi
des et tempus colligendi. tempus
amplexandi et tempus longe fieri
a complexibus. Tempus acquiren
di et tempus perdendi. tempus custo
diendi et tempus abiciendi. Tem
pus scindendi et tempus consuen
di. tempus loquendi et tempus
tacendi. Tempus dilectionis et
tempus odii. tempus belli et tem
pus pacis. Quid amplius habet
homo de labore suo. Vidi afflictio
nem quam dedit deus filiis homi
num ut distendantur in ea. Cuncta
fecit bona in tempore suo et mundum
tradidit disputacioni eorum. ut non
inueniat homo opus quod operatus
est ab inicio usque ad finem. Cogno
ui quod non esset melius nisi le
tari et facere bonum in uita sua.